

tem suum Ecclesia apud unastum predium habeat supradictum. Ceterum omnes utriusque sexus mihi seruili condicione prorsus astrictos in omnibus mansionibus meis tam legatis pro anima mea quam aliis a iugo seruitutis eximens post mortem meam ascribo plenarie libertati. Jtem dilecte vxori mee hælgo racione donacionis que dicitur hindærdaghs gief. mansionem stafby. & quinque solidos terre in ingiby cum omnibus eorundem attinenciis. Jtem pro tertia parte mobilium que eidem in omnibus bonis nostris secundum leges terre debetur mansionem giriste & dimidiam marcham terre in vretum & III:or solidos terre in akræby integraliter cum omnibus predictarum mansionum & prediorum attinenciis confero pariter & assigno. retinendo mihi quo ad uitam meam omnium premissorum. prediorum reddituum & aliorum honorum usufructu. volens &c. *såsom N:o 615 till* petentes humiliter ut huic littere in huius rei testimonium sigillo meo signate. sigillum domini mei regis. & sigilla domini archiepiscopi & suffraganeorum eius. & domini Phý legiferi aliorumque meorum cognatorum apponantur. Datum Ry-sabiærh anno domini M°.CC°.LXX°.IX°. die beati blasii Martiris.

Sigillen: de 4 första äro Biskopliga och de 2 sista adeliga, alla skadade.

660.

1279 d. 16 Febr.

Glanshammar.

Lagmannen i Nerike PHILIP TÖRNERSSONS och WICHLOG NILSSONS Testamente af gods till Strengnäs Domkyrka.

A. 3. g. 1: 9.

Uniuersis tam presentibus quam futuris. Phillippus Thørneri quondam filius dictus legifer Nærichie & Wihlogus Nýcholai quondam filius. Salutem in dei filio sempiternam. Ne cum racionabiliter actum est propter fragilem hominum memoriam obliuioni detur & calumpniandi materia maliciosis administratur. Nos tenore presencium tam presentibus quam futuris liquido declaramus quod ad honorem omnipotentis dei & gloriose virginis dei genitricis marie & beatorum apostolorum dei Petri & Pauli in remissionem peccatorum nostrorum ac parentum nostrorum ex consilio & consensu venerabilis patris domini Anundi strengnensis Episcopi bona quedam que propriis vocabulis exprimemus duximus ecclesie strengnensi liberaliter conferenda, videlicet nos Phillippus mansionem snøteberhæ & mansionem Runder cum molendinis, agris, pratis, piscacionibus & omnibus attinenciis dictarum mansionum tam mobilibus quam immobilibus supradicte ecclesie beatorum apostolorum Petri & Pauli iure proprietatis possidendas in perpetuum assignamus. Nos autem Wýhlogus mansionem nostram sørær & dimidiam marcham terre in vatnusum eidem ecclesie conferimus, cum omnibus attinenciis di-

cte mansionis & predii memorati, volumus autem vnanimi consensus nos fratruelē ut ex dictis bonis vna canonia sicut idem venerabilis pater Episcopus strengnensis nobis promiserat in ipsa ecclesia per ipsum ordinetur & fiat ibidem vnum altare quod in nostri memoriam dicte canonie perpetuo connectatur quod promittimus cum calice casula & omnibus ornamentis sacerdotalibus & toto ornatu altaris nos in nostris expensis & sumptibus paraturos. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo domini nostri regis domini Archiepiscopi domini strengnensis domini Rørici generi nostri & nostris duximus muniendas. Datum Glanshamar anno domini. M^o.CC^o.LXX^o, nono. In die beate Juliane.

Brefvet har i likhet med A. 3. g. 1: 2 haft 6 sigill, hvaraf N:o 4 och 5 äro bibehållne och de samme som N:o 4, 5 å det nyssnämde och N:o 5, 6 under A. 3. g. 1: 7.

661.

1279 d. 2 Mars.

Bisk. HENRIGS i Linköping Gåfvobref på Othanby församling på Öland till Nydala kloster.

A. 3. x. 1: 49.

Omnibus presentes litteras inspecturis. H. dei gracia lincopensis Episcopus salutem in domino sempiternam. Cura pastoralis sollicitudinis de sui debito officii sacrorum canonum statutis atque scripturis sanctorum patrum attestantibus in hoc maxime uigere dinoscitur ut christi fidelium cura animarum redemptarum inestimabili precio sanguinis agni immaculati & incontaminati domini ihesu christi illis maxime committatur maioris specialitatis prelectione quos ad hoc maior consciencie puritas. deuocionis feruor. & uite religio aptos exhibet & idoneos representat. quodque in uinea domini sabaoth laborantes debitis stipendiis non fraudentur. Ea propter cum in christo dilectissimi filii abbas & conuentus Novevallis Cisterciensis ordinis, nimio premerentur defectu de allec cuius refectione communiter & continue sustentari deberent ipsis pariter & ecclesie de Othanby iuxta gresgard parochianisque ibidem prouidere uolentes dictam ecclesiam ipsis abbati & monachis pro vt eam ipsis possidere licet ex eorum ordinis institutis quo ad spiritualia & temporalia ex capituli nostri consilio & consensu atque patronorum eiusdem ecclesie canonice contulimus perpetuo possidendam, Retentis nobis & nostris successoribus qui pro tempore fuerint in dicta ecclesia omnibus & singulis iuribus que alie ecclesie lincopensis diocesis ipsis suis episcopis & eorum officialibus lege iurisdictionis seu diocesana impendere & exhibere tenentur, Ad cuius nostre collacionis fidem indubitam & euidentiam pleniorē presentem litteram sigillo nostro & sigillo capituli nostri fecimus communiri Datum Anno Domini M^o.CC^o.LXX^o, nono, sexto Nonas Marcij.

Sigillen bortfallna.